

Venditio Scultetia in villa Axan: 187.  
 cryere.


In Nomine Domini Amen. Ad rei me- 40  
 moriam sempiternam. Johannes Dei gra-  
 tia senior dux, Masovia et Russia Ter-  
 rarum Dominus et heres Cracoviensis etc  
 Notum fore volumus omnibus et singu-  
 lis presentibus et futuris, presentium  
 per tenorem. Quod coram nobis persona-  
 liter constitutus Petrus Advocatus de Axan-  
 ginieze, non compulsus, non coactus, neq-  
 aliquo dolo vel fraude circumventus, sed  
 ipsius vera et spontanea voluntate, ac  
 amicorum suorum salubri consilio pre-  
 habito, Advocatiam suam sive Sculteti-  
 am ibidem in Axanginieze villa nostra  
 Ducali, nihil juris et domini pro se  
 et suis posteris in eadem reservans,  
 Johanni heredi de Dambrowka pro tri-  
 ginta et una sexagenis grossorum mo-  
 nete communis vendens perpetue et  
 in eum irrevocabiliter resignavit  
 cum omnibus utilitatibus, fructibus  
 proventibus, redditibus, ac obventionibus  
 generaliter universis, quibuscumque  
 nominibus nuncupentur ad presens in  
 eadem existentibus et in posterum  
 Christo duc per humanam discretio-  
 nem quoquomodo accrescendis. Quare  
 licitum sit Johanni predicto et ipsius

Successoribus



successoribus legitimis advocatiam pro:  
dictam, cum omni jure suo, tenere,  
habere, regere, gubernare, protegere,  
Defendere, ac pacifice et quiete tempori:  
bus perpetuis possidere, nec non vendere  
Donare, alienare, obligare, commutare,  
et ad usus suos beneplacitos convertere  
prout sibi et ipsius successoribus melius  
et utilius cum eadem videbitur expedire,  
Sed nostra et nostrorum successorum vo:  
luntate in premissis primitus requi:  
sita. In cujus rei testimonium sigillum  
nostrum majus presentibus est appen:  
sum. Actum et datum in Blone fe:  
ria secunda proxima ante festum  
Sancti Thomae Apostoli gloriosi. Sub  
anno Domini millesimo quadringente:  
simo vicesimo quarto. Presentibus viris  
Strenuis, et nobilibus Dominis, Petro  
Pylik palatino nostro Clavicey Castel:  
lano Cyrucensi, Striborio Subcamerario  
Zacrocimensi, Marschalloque Curia  
nostre, Sylvano Judice Wischegradensi,  
Johanne Vexillifero, Lemakone Subjudice  
Czechonoviensibus et alijs quamplurimis  
fide dignis testibus ad premissa. Scri:  
ptum per manus Pauli Grzymislai de  
Berzewo Blacensi et Warschoviensi Eccl:  
siarum Canonici nec non Cancellarij Curia

nostra





nostrae, qui presentia habuit in comitibus  
suis etc.

Ja Kopia przepisana z Oryginata  
pargawinowego, Dnia 10. miesiąca  
Marca. Roku Pańskiego 1785go, u:  
ktorego Dotu na Znurku iedwabnym  
w Kolorze czarnym z wianowogum,  
wisi pieczęć.

*[Faint, mostly illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

*[Faint, mostly illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*



*[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*